



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**LEGVM PON||TIFICIARVM GRE-||gorij noni, seu  
Decretalium pentateu-||chus**

**Mesnart, Martin**

**Parisiis, 1555**

xxii. De fideiussoribus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63486](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63486)

seu qui id tenuerit, à tempore obligationis perceptum, ut fructus sorti adæquetur, qui totū onus extenuent, ita ut debitum adnullatum siet: restitutor.

Instrumentum autem vēditionis si quod eius <sup>4. Illoves</sup> modi pactum habebit, vt si vsq; ad certum tempus emptori contractus displicerit, venditor exinde vsq; ad aliud certum tempus certā summam ultra eam quæ recepta siet, perceptis fructibus in ea computatis, dare debeat, & emptor præsertim vſuras exercere cōsueuerit: hæc contra eum vehemens præsumptio esto.

Qui in alterius bonis omnibus vsumfructum <sup>8. Cum cō  
stet.</sup> habebit, ad cautionem idoneam, quod vtetur fruetur salua rerum substantia rebus immobili bus quæ vſu non consumuntur ad arbitrium vi ri boni, quodque pecuniam si quam habebit, & æstimationem bonorum quæ vſu consumuntur in hæreditate inuentorum in morte sua proprietario qui erit eiūsve hæredibus restituet, exhibendam cogitor.

*De fideiussoribus. Tit. 22.*

Clericus fideiussionibus inseruiens abiicitor. <sup>1. Clericus</sup> Nemo item religiosus absq; maioris partis capituli & abbatis sui licentia pro aliquo fideiubeto, né ve pecuniam mutuam ultra summā communi prouidentia constitutam accipito. alioquin cōuentus pro his respondere, ni eam in utilitatem domus ipsius manifestè conuorsam esse constabit, ne cogitor. qui contra istuc faxit, etiam grauiori disciplinæ subditor.

Quod si cleric⁹ pro cleric⁹ fideiusserit, eōq; nō <sup>2. Perme  
nit.</sup>

## De fideiussoribus

soluente creditori satisfacere coactus fuerit: quam pecuniam pro eo soluerit fideiussor, eam fideiussori debitor restituere damnas esto. fideiussorem suum indemnem seruato. alioquin de redditibus eius debitum exsoluitur. Damna quæ propter hoc fideiussor pertulerit, ei sarcinunt, eive redditus adsignantur. hos ipse tandem, donec damna sarcita fuerint, & debita sine diminutione soluta, sine molestia detineto. Clericus si fidei & iuramenti sui religionem violassit: ab officio, beneficio suspenditor.

*¶. Eum  
pro quo.* Sed & fideiussori eum pro quo se obligassit, si diu in debiti solutione cessasset, bonâve sua dissipare cœpsit, seu super hoc condenatus fideiussor siet, ut se à fideiussione liberet conuenire fas esto.

*3. Constitutus.* Itaque qui clericus pro clero intercesserit si à creditore molestabitur: debitor actutum eum ab intercessione prorsus absoluere ecclesiastica censura compellitor. Si debitum accessione negabit: iuramentum calumniæ subire cogitor. & si consuetudo legi contraria erit: ne obstato. Si verò intercessori testes ex remota prouincia exhibendi erunt: satisfatio idonea à debitore, quod ad eos audiūdos veniet mittētve intra terminum competentem, accipitor. loci iudici in quo testes erunt, ut eos vice sua recipiat, iudex causæ literis suis significato. qui faciet, eos diligenter examinato. depositiones eorum inclusas transmittito. quanta fides testibus instrumentis adhibenda siet significato.